

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Cap. VI. De petitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

Alterum particularium, quæ sicut
vnicuique propria sunt, ita ab uno
quoque speciatim colligi debent. vt:
quod de bonis & Christianis paren-
tibus natus sit: quod optima sit cor-
poris constitutione; quod a multis
infirmitatibus & periculis animæ
& corporis præseruatus ac liberatus
fuerit &c. Quorum beneficiorum v-
numquodque si quis paulisper se-
cum expenderit, satis magnam grati-
arum agendarum & orationis con-
tinuandæ materiam inueniet. Gene-
ratim vero potest quisque gratias
Deo agere: pro bonis naturæ, gratiæ,
& acquisicis. Item pro bonis animæ,
corporis, & externis.

DE PETITIONE.

CAP. VI.

IN petitione quatuor attendenda
sunt puncta: nimirum; Quæ nobis
petenda sint, Pro quib' s, A quo, &
Quomodo. Hæc autem omnia ritè
seruare oportet, ut petitionum &
votorum nostrorum compotes red-
damur.

Ea

Ea quæ nobis petenda sunt Oratione Dominica continentur; verum præter generales has Orationis Dominicae Petitiones, quæ quotidie à nobis in precibus primo loco postulandæ sunt, debet quilibet specialem quædam, sibi maximè necessaria petere, quæ vel singultim memoria tenebit, vel Catalogum eorum conficiet, quo cum opus fuerit, in oratione mentali ut valeat. Exemplum eiustale esse potest.

CATALOGVS PETITIONVM
ſpecialium.

- | | |
|------------------------|--|
| <i>Petere oportet.</i> | <ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Gratiam officio suo benè fungendi.</i> 2. <i>Tempus utiliter expendendi.</i> 3. <i>Status & professionis suæ perfectionem apprehendendi.</i> 4. <i>Vitium aliquod superandi & imperfectiones extirpandi.</i> 5. <i>Virtutem aliquam, qua maximè indiguerit, acquiri-</i> |
|------------------------|--|

Lue. 11.
Lyc. 17.

INSTRVCTIO
quirendi, præcipuæ chari-
tatem, humilitatem, donū
orationis, vel fidei augmē-
tum, orando cum Aposto-
lis. Domine docenos orare,
Et Domine adauge nobis fi-
dem.

QVARVM RERVM PETEN-
da sit remissio.

CAP. VII.

DE C B T vnumquemque Christi-
anum generatim omnium pec-
catorum suorum dimissionem po-
stulare: vel ea in tres partes disperi-
xi & petere dimissionem totius mali
quod fecit, boni quod omisit, & tem-
poris quod perperam expendit: Est
& alia generalis methodus: orare ni-
mirum veniam omnium malarum
cogitationum, verborum, & ope-
rum: & omissionem bonarum cogi-
tationum, verborum, & operum.

SPECIATIM vero poterit quif-
que mentis oculum ad hæc quatuor
conijcere: videlicet, ad præcepta Dei
& Ecclesiæ; ad septem peccata mor-
alia